

SBd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

**PROGRAMMA
SOLLEMNITATI NATALIS**

COLLEGI AC PAEDAGOGII

ILFELDIACI

ANNIS AB IPPIS OCTO

DIVINIS AVSPICIIS

INSTAURATI

PRAESCRIPTVM

AV.



LAETATVR ILFELDA
 cui tempestas incubuit
 desideratam per lucem resecta
 prouisu DEI numinis
 paterno ac plane singulari
 fugatae curae
 turbidae dispulsae tenebrae.

Loca quidem subinde conflantur
 rebus cum aduersis

sapientiae cum primis tamen habitacula
 intempestiuis malorum inquietantur ausibus
 neque fortunam sibi praecipuam
 exspectare queunt, aut promittere.

21. Inter tamen ea non omnino faciunt
 confectae iacturam claritudinis
 adinstar solis ducis luminum
 cuius vis et lux integra
 inter opposita etiam
 licet quid interiaceat
 adspectu quod prohibeat radiorum
 cursu suo fertur
 minus praesulget ad tempus
 candidior tandem illius exortus
 pensaturque postmodo
 fulgore illustriore.

Auspicatus qui illuxit natalis
 sedem hanc recreat doctrinarum
 circumfunduntur gaudio
 et animorum cultum qui adcurant
 et in ea accipiunt
 veras laudes gratesque dicunt
 seruatori DEO

cuius ancile est artium hoc sacrarium.
 Ex praescripto igitur et ad exemplum
 anteriorum temporum
 natalis est lyceo salutaris
 religiosus denuo agendus precibus.
 Bonitas praedicanda caelestis
 munera quae noua et tanta concessit

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS
PATRIS PATRIAE MITISSIMI

per conseruationem

Primariorum consiliariorum ac ministrorum

quorum prudentiae plenis consiliis

fide, industria

felix patria, et publicae res saluae.

Neque ingrato obliterandum silentio

praecipuum temporis beneficium

incolumitas quam a DEO propitio habet

loci et prytanei nostri

Praeses et Administrator optimus

cuius prouiso multiplex

mitiora nobis fata annuit

dispensatque decoris ingeniis praemia.

Adeste igitur, o boni et intelligentes

bona agnosce praesentia

o florida et litteraria pubes

ceterique fauentes iungite nostris preces

vti DEVS misericors

praelaudata confirmet decora

paedagogium tegat

pietatis sincerae, virtutis, et doctrinae omnis

templum ac seminarium

ecclesiae et communis egregii persecundum

immotum, sartum, tectum perduret

aduersus hostem humani generis

aeternis flagrantem odiis

scholas equidem in omnes bene institutas

hancce tamen in officinam acrioribus

infatigabilique agentem molimine

lumen quo restinguat vel ipsemet cunctum

vel florem per fomitem

prauorum hominum deperditum eat

cuius technas generis et ^{per gradus} varias

breui ac soluto memorabo sermone

festi diei supplicationem postpositurus.

Inter haec autem tola non continebitur panegyris

bonis quoque omnibus cupiunt prosequi

sacra aniuersaria

inuenire: aetate ingenio, et studiis efflorescentes

quorum e numero primus

HENR. CONRADVS AREND

Eistorp, hannoueranus

numeris teutonicis adstricta oratione

multam ad lucubrationem confecta

coenobiorum praesignium, ante cetera vero nostri

inquisiuit origines et quae digna collegit memoria,

AVGVSTVS PHILIPPVS DE IEINSEN

eques hannoueranus

oratione complectetur dilucida

verae nobilitatis ornamenta

occasione initii versuum satirae octauae

D. Iunii Iuuenalis

facile principis in concinnandis mortalium moribus.

IUST. ZACHARIAS GROBECK

Bodewerder, hannoueranus

qui ante circumactum annum ad nos missus

postquam non sine numinis ope

falsitatis laqueos Ieluitarum perrupit Fuldensium

paucorum in quos puer annorum

Hildefisiae se induere istorum Sirenibus vocibus coactus

elaborauit ad dispositionem Schraderianam XLIX

contra vindictam priuatam

malorum Iernam

orationem aptam ad mores iuuenum.

GE. AVGVSTVS LOCHMANN, hannoueranus

percenere instituet

quantos fructus referat gnatis obedientia

parandam ad sapientiam et felicitatem.

Conuenite itaque perendie horam post nonam

mihî et laudatis iuuenibus

benignam ac liberalem exaudiendi date copiam

simul DEVM vt conculcet satanam

neque eius praeda ac ludibrium schola fiat

orate o boni et qui recte sentitis.

Ita quo par est erga quemuis studio

rogo, contendo

GE. NICOLAUS KRIEGK

artium magister, et rector

ILFELDAE. A. D. XVI IVNII

M D C C XIII

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!




Sb.

1077

R.40





PROGRAMMA
 INITATI NATALIS
 GH AC PAEDAGOGII
 ILFELDIACI
 NIS AB IPSIS OCTO
 DIVINIS AVSPICIIS
 INSTAVRATI
 RAESCRIP TVM

AK

